

EPISTOLA

uaret, reliquis suis tot tantisque labori-
 bus, hunc quoque spontaneum ac gra-
 tuitum, Et quidem horis matutinis
 ante concionem publicam, addiderit,
 ut breuissimo tempore in Vetus Te-
 stamentum hoc modo commētaretur.
 Sunt quidem, non inficiamur, hæc ijs
 quæ in Nouum Testamentum lima-
 tius sunt edita, non omnibus modis
 conferenda, nec iustis aliorum Et pro-
 lixioribus Commētariis accensenda:
 attamen suū non minùs ista quoque
 vsum habere possunt, præsertim apud
 eos, qui longioribus Commentariis le-
 gendis nec sufficiunt adhuc ipsi, nec
 tempus ipsis sufficit: Qui igitur uni-
 uersi corporis summam breuissimo ar-
 gumento, ceu in effigie depictam, vo-
 let intueri: qui totius rursus in par-
 tes distributi, partium in singulis ca-
 pitibus